

CERTAMEN MEDIOLANENSE
SPECIMEN SENIORIBUS APTUM

TESTO NUMERO 1

Quintiliano (I sec. d.C.) fu famosissimo maestro di retorica e autore della “Institutio oratoria” in cui parlava della formazione del futuro oratore. Ricordiamo che i membri della classe dirigente dovevano essere esperti retori. Gli insegnamenti di Quintiliano appaiono ancora oggi di grande attualità.

VIII. An secundum sui quisque ingenii naturam docendus est.

Virtus praeceptoris haberi solet, nec inmerito, diligenter in iis quos erudiendos suscepit notare discrimina ingeniorum, et quo quemque natura maxime ferat scire. Nam est in hoc incredibilis quaedam uarietas, nec pauciores animorum [2] paene quam corporum formae. (...)

Vtile deinde plerisque uisum est ita quemque instituere ut propria naturae bona doctrina fouerent, et in id potissimum ingenia quo tenderent adiuuarentur: ut si quis palaestrae peritus, cum in aliquod plenum pueris gymnasium uenerit, expertus eorum omni modo corpus animumque discernat cui quisque [4] certamini praeparandus sit, ita praeceptorem eloquentiae, cum sagaciter fuerit intuitus cuius ingenium presso limatoque genere dicendi, cuius acri graui dulci aspero nitido urbano maxime gaudeat, ita se commodaturum singulis ut [5] in eo quo quisque eminet prouehatur, quod et adiuta cura natura magis eualescat et qui in diuersa ducatur neque in iis quibus minus aptus est satis possit efficere et ea in quae [6] natus uidetur deserendo faciat infirmiora. (...)

Namque erit alius historiae magis idoneus, alius compositus ad carmen, alius utilis studio iuris, ut nonnulli rus fortasse mittendi: sic discernet haec dicendi magister quomodo palaestricus ille cursorem faciet aut pugilem aut luctatorem aliudue quid [8] ex iis quae sunt sacrorum certaminum.

ESERCIZIO

Rispondi alle seguenti domande, individuando, prima di fornire la risposta (in italiano), la frase da cui hai dedotto le informazioni che ti servono, e trascrivendola (in latino) su una facciata del foglio che ti è stato fornito:

1. Che cosa deve saper fare un buon maestro?
2. Quintiliano ritiene che ogni studente abbia le stesse doti e capacità intellettuali?
3. Grazie a cosa le capacità proprie di ognuno possono venire incrementate?
4. In che cosa sono uguali un maestro di retorica e un maestro di ginnastica?
5. Ogni oratore si caratterizza per un suo proprio modo di parlare. Quali possono essere, a quanto dice Quintiliano, i diversi “stili” di cui fare uso?
6. Una volta ultimati gli studi, per quali professioni saranno formati i giovani?
7. Ti sembra che Quintiliano ritenga tutti i lavori ugualmente nobili?
8. Quali sono i diversi sport in cui ci si può specializzare?

TESTO NUMERO 2

Il boemo Jan Amos Komensky (1592-1670), che adottò il nome latino di Comenius, scrisse numerosissime opere di didattica. Nel passo che segue Comenio elenca otto modi per tenere desta l'attenzione degli alunni – se ne riportano alcuni.

Sull'altra facciata del foglio traduci in italiano il seguente testo:

175 cujus modi attentio excitari potest, et retineri, octuplici via. 176 primo, si praeceptor operam det, ut semper afferat aliquid, quod et delectet et prosit; ita enim inescabuntur animi, ut semper cupide, et parata cum attentione, veniant.

177 secundo, (...) 178 tertio, si magister, editiore consistens loco, oculos circumferat, et neminem aliud agere quam in se vicissim defigere oculos, permittat. 179 quarto, si attentionem juvet, sensibus quotquot potest rem quamlibet praesentando: nempe non auditui soli, verbis prolatis, sed et visui, picturis; tactui, rem praesentem contrectandam sistendetc. Quoties ejusmodi objecta explicanda sunt.

(da J.A.Komensky, Opera didactica magna)

TESTO NUMERO 3

Lucio Anneo Seneca (autore di numerose opere filosofiche ma anche scientifiche e di tragedie, precettore di Nerone fino al 62 d.C.) negli ultimi anni della sua vita fra il 63 e il 65 scrisse una raccolta di 124 lettere di carattere filosofico – morale, che hanno come destinatario un suo giovane amico, Lucilio, che egli, affrontando diversi argomenti, cerca di avviare al raggiungimento della sapientia. Nell'Epistula CVIII mette in guardia Lucilio dall'affrontare lo studio frettolosamente e non in maniera graduale e sistematica, al fine di non disperdere le forze in modo inconcludente. Al contrario ci si deve adeguare alle proprie capacità di apprendere e trarre insegnamenti dai buoni maestri, quale fu lo Stoico Attalo per Seneca.

[1] Id de quo quaeris ex iis est quae scire tantum eo, ut scias, pertinet. Sed nihilominus, quia pertinet, properas nec vis expectare libros quoscum maxime ordino continentis totam moralem philosophiae partem. Statim expediam; illud tamen prius scribam, quemadmodum tibi ista cupiditas discendi, qua flagrare te video, digerenda sit, ne ipsa se inpediat. [2] Nec passim carpenda sunt nec avide invadenda universa: per partes pervenietur ad totum. Aptari onus viribus debet nec plus occupari quam cui sufficere possimus. Non quantum vis sed quantum capis hauriendum est. Bonum tantum habe animum: capies quantum voles. Quo plus recipit animus, hoc se magis laxat. [3] Haec nobis praecipere Attalum memini, cum scholam eius obsideremus et primi veniremus et novissimi exiremus, ambulanti quoque illum ad aliquas disputationes evocarem, non tantum paratum discentibus sed obvium. 'Idem' inquit 'et docenti et discenti debet esse propositum, ut ille prodesse velit, hic proficere.' [4] Qui ad philosophum venit cotidie aliquid secum boni ferat: aut sanior domum redeat aut

sanabilior. Redibit autem: ea philosophiae vis est ut non studentis sed etiam conversantis iuvet.

ESERCIZIO

Indica, apponendo una crocetta nella casella che ti pare opportuna, se le seguenti affermazioni sono da ritenersi vere o false, sulla base del testo proposto

	V	F
1. Lucilius, cupiditate discendi motus, nolit expectare libros totam philosophiam moralem explicantes, quos Seneca ordinaturus erat.		
2. Scientia non per partes carpenda sed universa invadenda est.		
3. Bonus animus ad magis magisque capiendum aptus est		
4. Seneca Attali magistri frequens auditor fuit		
5. Attalus semper de variis rebus cum discentibus disputabat		
6. Non omnes iuvat philosophia, sed tantum illos, qui studere volunt et scholam philosophorum obsident		

ESERCIZIO

Usando le parole che conosci metti una appropriata didascalia latina che illustri le seguenti immagini con una breve frase.



